



Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum,
quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in
tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Vacatione, Amissione, Et Extinctione Beneficiarvm ...

Leuren, Peter

Coloniæ Agrippinæ, 1704

934. An, quando, & qualiter suspendantur uniones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74494](#)

PARAGRAPHVS V.

De suspensione, dissolutione, & revocatione unionum.

Questio 934. An, quando, & qualiter suspendantur uniones?

1. **R**espondeo primò in genere: Qui unire potest, potest etiam dissolvere factam unionem; sicut qui potest condemnare, etiam potest absolvere. *I. is qui potest, ss. de acquir. heret.* juxta illud: *Quod ius sit, retinque Prætor, contrario imperio tollere potest. I. quod ius sit, ss. de re judic.* Corrad. *pr. benef. l. 2. c. 15. 2 n. 48.* citans *c. cùm ex injuncto de heret.* & Rebuff. in *pr. tit. de union. revocat. n. 15.* male tamè allegans illud, qui instituire potest, potest etiam delitare; quod falsum esse, sape dicunt est alibi. Garc. p. 12. c. 2. n. 302. Castrop. *de benef. d. 6. p. 12. §. 4. n. 4.* res enim, per quas causas nascitur, per eas & dissolvi potest, ut Castrop.

2. Respondeo secundò: In quacunque, quamvis generali suspensione unionum, quæ per Papam dari solet in resignationibus in favorem beneficiorum unitorum in vim Decretorum Concilii Tridentini, nisi fiat de iis expressamento. Corrad. *pr. benef. l. 4. c. 8. n. 6.* ubi etiam habet formam, qualiter, duni datur hæc suspensio per Cancelleriam, solet extendi, & in specie, seu in terminis suspensionis unionis Seminario facta hanc dicit esse praxis, ut aliquo modo de hac unione fiat mentio in supplicatione, quam ait diversimode concipi, ut numirum vel Resignatarius in dispositiva supplicationis dicat: *Suplicat igitur humiliter S. V. Etiam orator, quatenus specialem gratiam faciendo unionis de dicto beneficio Seminario N. ordinaria, seu Apostolica auctoritate factam, illiusque vim & effectum hac vice suspendingo, ex hujusmodi vacacione effectum hujusmodi fortiri, aut locum sibi vindicari non posse, neque debere decernendo, resignationemque hujusmodi admittendo, &c.* Vel ut dicta suspensio petatur in clausula non obstantium, in calce prime partis supplicationis, nempe: *non obstantibus praesenti unione de dicto beneficio Seminario Ecclesiastico N. ordinaria, seu Apostolica auctoritate facta, quam illiusque effectum ad effectum presenti resignationis suspenderet placet, &c.* Addit etiam Corrad. quod, si de unione Seminario facta non fuerit facta specifica mentio, illa non comprehendetur in generali suspensione: quin & ait, plures se vidille, hujusmodi suspensionis petitionem, etiam pro prima vice, siue denegatam, ne contingat tales uniones nunquam fere fortiri suum effectum, dum, si beneficium sic unitum de uno in alium relinquitur, daretur processus in infinitum, & sic unio redideretur frustratoria contra mentem Papæ, qui tamen concedit dictas suspensiones, quatenus credit, per hujusmodi resignationem citius unionem fortiri effectum, cum contingere possit, ut Resignatarius præmoriarur. Subiungit & aliam suspensionis talis concedenda formulam, ac denique approbare videtur illud, nempe ut ad refecendas re ligationes, Seminarium agat cum beneficiis, ut beneficium sic unitum ad favorem Seminarii relinquat cum reservatione pensionis super fructibus dicti beneficii, sive pro ipso resignante, sive pro alio ipsi bene viso, ut nempe sequatur effectus prædicta unionis, ablatâ occasione tot resignationum.



P. Leuren. Fori. Benef. Tom. III.

Questio 935. An, & à quo fieri possit dissolutione unionis?

1. **R**espondeo primò in genere: Qui unire potest, potest etiam dissolvere factam unionem; sicut qui potest condemnare, etiam potest absolvere. *I. is qui potest, ss. de acquir. heret.* juxta illud: *Quod ius sit, retinque Prætor, contrario imperio tollere potest. I. quod ius sit, ss. de re judic.* Corrad. *pr. benef. l. 2. c. 15. 2 n. 48.* citans *c. cùm ex injuncto de heret.* & Rebuff. in *pr. tit. de union. revocat. n. 15.* male tamè allegans illud, qui instituire potest, potest etiam delitare; quod falsum esse, sape dicunt est alibi. Garc. p. 12. c. 2. n. 302. Castrop. *de benef. d. 6. p. 12. §. 4. n. 4.* res enim, per quas causas nascitur, per eas & dissolvi potest, ut Castrop.

2. Limitanda tamen est responsio, ut ij, qui non jure ordinaria, sed solum consuetudine, præscriptione, privilegiū unire possunt, non possint uniones à se factas dissolvere; eò quid dissolvere est quid diversum ab unire, & consuetudo, privilegia, & præscriptio se non extendant ad contraria. Castrop. loc. cit. Azor p. 1. l. 8. c. 29 q. 5. citans Rebuff. ubi ante, n. 20.

3. Respondeo secundò in specie: Primò suspendere non tantum potest Papa uniones v.g. pro effectione resignationis beneficii uniti. Card. de Luc. *de benef. l. 7. n. 2.* sed & de potestate Papæ dissolvendi uniones quacunque non est dubitandum. Card. de Luca *de benef. l. 48. n. 15.* Azor loc. cit. Secundò Legatus de latere. Castrop. Azor. II. cit. Tertiò Episcopus, aliisque Ordinarius potens unire beneficia. Ventrigl. *To. 2. annot. 8. §. 2. n. 32.* Tond. *qq. benef. p. 3. c. 156. n. 3.* Barbos *juris Eccl. l. 3. c. 16. n. 16.* Castrop. Azor II. cit. Quartò Capitulum Sede vacante, si eo tempore potest. Castrop. Azor. II. cit.

Questio 936. Quas uniones dissolvēre possint Legatus à latere, Episcopus, aliqui pollentes in hoc potestate ordinariā?

1. **R**espondeo primò in genere, posse eas omnes dissolvere, quas facere possunt. Castrop. loc. cit. Hinc

2. Respondeo secundò in specie: Legatus potest dissolvere uniones factas ab Episcopo; quia has ipse facere potuit; & contrà Episcopum dissolvere factas à Legato potestate eius ordinariā. Garc. loc. cit. n. 303. Azor. loc. cit. Item factas à Predecessore suo. Ventrigl. loc. cit. n. 33. quia & has ipse facere potuit. Legatus, & Episcopus dissolvēre potest uniones factas à Papa, siquidem Papa uniendo non tollit potestatem Ordinarii. Corrad. *pr. benef. l. 2. c. 15. n. 51.* Garc. cit. n. 303. Castrop. Azor. Ventrigl. II. cit. citantes Rebuff. in *pr. tit. de union. revocat. n. 16.* Non tamen potest Episcopus dissolvēre uniones, quas Papa fecit ex plenitudine potestatis, & non potestate ordinariā. Card. de Luca *de Paroch. d. 35. n. 8.* Ventrigl. cit. n. 33. Garc. n. 304. cum Per. de Peru. *tr. de revocat. union. c. 4.* ut nec id potest Legatus de latere. Garc. ibid. ex eodem. Sic etiam Episcopus facere non poterit dissolutionem unionis facta à Legato de latere ex speciali commissione, quam is alias potestate suā ordinariā facere non poterat. Atque ita, ut unire non potest, ita nec potest dissolvere uniones beneficiorum exemptorum Episcoporum; sed id spectat ad solum Papam, qui solus est Superior exemptorum. Azor. loc. cit. q. 5.